



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 49. Augustinus Manichæus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

§. XLIX.

*Augustinus Manichæus.*Sæculum IV.
A. C. 386.

Id unum in Philosophis displicebat, quod
 ibi non inveniret nomen Jesu Christi,
 nomen sibi cum lacte materno instillatum, *c. 5.*
 & cordi suo profunde inscriptum. Igi- *c. 6.*
 tur Sacras Scripturas legere cœpit, sed,
 stili simplicitatem fastidians, abstinuit.
 Tunc in Manichæorum errores incidit,
 qui cum nihil præter Jesum Christum,
 Spiritum S. & veritatem creparent, vi-
 rum sincerum seduxere; placere cœpe-
 runt eorum somnia, & veteris Testamenti
 tœdium subiit. At Mater filium non ali- *c. II.*
 ter lugebat, ac si fuisset elatus, nolens
 ultra cum ipso cibum capere. Afflictæ
 immisum coelitus somnium solatio fuit.
 Videbatur sibi regulæ lignæ insistere, &
 juvenis exitiis splendoris ridenti vultu
 ad se venire, qui causam doloris perquire-
 ret; respondit se filii sui interitum defle-
 re; ille, *respice!* inquit: *en tecum est!*
 & respiciens vidit filium in eodem secum
 affere stantem. Hoc somnium illa dum
 Augustino narrat, dixit: *nempe, quod ego*
sum, & tu aliquando eris, mater! at ni-
 hil cunctata reposuit: *non ita, fili mi!*
nam non est dictum mihi: ubi ipse est, &
tu eris; sed: ubi tu es, & ipse erit. Ex
 illo tempore, cum filio, sicut antea con-
 sueverat, comedit, & habitavit.

Hist. Eccles. Tom. IV.

E e e Sol-

Sæculum IV.

A. C. 386.

c. 12.

Sollicita Mater S. Episcopum adiens, rogabat, ut filio suo loqueretur; respondit Episcopus: *non est modo filius tuus docili animo, sed nova, qua deceptus es, bæresi inflatur. Relinque eum, & sufficiat jam pro eo orare; ipse legendo cognoscat, quantum erraverit. Me, cui modo loqueris, adhucdum puerum mater mea, ab ipsis decepta, Manichæis tradidit; libroseorum omnes non legi modo, sed etiam transcripsi, & sic me ipsum errorem dedocui.* His S. Episcopi verbis S. Monicæ necdum sollicitudo adempta; cumque flens largiter, non desineret instare, ut filio suo loqueretur Episcopus subiratus respondit: *vide! impossibile est, ut tot lacrymarum filius pereat!* Hæc verba Sancta mulier

L. 4. Conf.

c. 1.

tanquam oraculum, a cælo missum, accepit. Filius tamen ejus annis novem ab anno ætatis decimo nono, usque ad vigesimum octavum Manichæus fuit.

IV. c. 2.

Possid. c. 2.

Ipsæ Concubinam domi alebat, cui non aliter ac justæ uxori fidem servabat. Absolutis studiis, Tagaste in urbe Paterna Grammaticam, & deinde Rhetoricam docuit. Quadam die Aruspex operam suam condixit, promittens se animalium sacrificiis effecturum, ut si versus scriberet, inter alios concertantes propositum præmium reportaret; sed rejecit hominem, commercium cum Dæmonibus exhorrescens. Attamen conscientia non

IV. Conf.

c. 3.

duce-

ducebat Astrologos consulere, eorumque libros legere, donec ab horum quoque lectione abstractus est consilio sapientissimi Senis, cui nomen Vindicianus, celeberrimi Medici, qui propria experientia, quam inanis hæc esset scientia, perspexerat. Erat tunc Augustino amicus intimus, cui persuaserat, ut Manichæus fieret; nam alios quoque seducere satagebat. Is, ægrotans, liquecente animo diu jacuit, ergo, de vita ejus conclamatum, rati, sui ipsius nescium baptizarunt; ubi mentem recepit, Augustinus in baptismum ludebat, quem mentis impositos accepisset; at ægrotus, his jocis cum horrore rejectis, paucos post dies Gratia Divinae Fidelis vivis excessit. Augustinus annum ætatis circiter vigesimum sextum agens duos, tresve libros de pulchritudine, & decore scripsit, quæ opuscula hodie non supersunt.

§. L.

Augustinus Manichæis infestus.

Tandem Augustinum fabularum, quas Manichæi de Mundi Oeconomia, corporum Coelestium, & Elementorum natura narrabant, fastidium subiit. *Hæc scientiæ, inquit, inquit: Religioni necessaria non sunt, hoc vero summe necessarium, ne mentiamur, aut ea, quæ nescimus, comprehendere nos jactemus; præsertim si quis,*

E e e 2

ut

Sæculum IV.

A. C. 386.

VII. c. 6.

IV. c. 4.

c. 13. c. 14.

v. Conf. c. 3.